OFFICIUM CAPITULI (MARTYROLOGIUM. REGULA BENEDICTI)
Admont, 2. Drittel 12. Jh. Seite 16v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



neronis cesaris primum fuit. sed postea pro fide xpi iubente eodem alapis ce
ditur. uerberibus diutissime afficitur. ac bestiis deuorandus traditur. sed
minime leditur. Tandem uero decollatione martyrium suum tercio kal maias
compleuit. sed tamen eius festiuitas celebrius hic recolitur. Ciuitate niueduno
sanctorum Fraclii Pauli Aquilini cum aliis duobus.

iiii E[illegible] In egypto sancti Dioscori lectoris. in quem presses multa et
uaria tormenta exercuit. ita ut ungues eius effoderet. et lampadibus eius
latera inflammaret. sed celestis luminis fulgore perterriti ceciderunt
ministri. Nouissime uero lamminis ardentibus adustus martyrium con
summauit. Ipso die sancti Felicis episcopi. qui apud spellatensem urbem sub
maximiano imperatore palmam martyrii adeptus est.

F[illegible] Rome uia appia. natale sanctorum Caloceri et Partenii
eunuchorum. Quorum prior cum esset prepositus cubiculi imperatoris decii. alter
primicerius. nolentes sacrificare idolis. ab eodem occisi sunt. Item rome
sancte Potentiane uirginis. que per innumeros agones. per multorum martyrum
uenerabiliter exhibitas sepulturas. per omnes facultates suas pauperibus pro
xpo erogatas. tandem de terris ad celos migrauit. Eodem die beati Pu
dentis. patris supradicte uirginis. qui ab apostolis xpo in baptismo uestitus.
innocentem tunicam usque ad coronam uite immaculate custodiuit et seruauit.

xii G[illegible] Rome uia salaria. natale sancte Basille uirginis et martyris. Que
cum esset ex regio genere. et haberet sponsum illustrissimum nomine pompeium.
accusata ab eodem quod esset xpiana. decretum est a gallieno augusto. ut aut
sponsum reciperet. aut gladio interiret. In galliis ciuitate nemauso.
sancti Blaudelii martyris. Qui comprehensus cum sacrificare nollet. et in fide
xpi immobilis. inter uerbera et tormenta persisteret. martyrii palmam pre
ciosa morte percepit. Bituricas beati Austregisili episcopi et confessoris.

A[illegible] In mauritania cesariensi natale sanctorum Tymothei Polii et
Euticii diaconi. qui apud prefatam regionem uerbum disseminantes. pariter
coronari meruerunt. Item apud cesaream capadocie. natale sanctorum Poliueti
Victoris et Donati. Cordube sancti Secundini martyris. et aliorum plurimorum.

B[illegible] In affrica natale sanctorum Casti et Emilii. qui ut scribit beatus